& tranquilitatem postulo, qualis quum scriberem, mihi fuit. Illudenim audeo profiteri, nulli me Candidatorum beneficio aut injuriâ cognitum, quæ consului & Poloniæ necessaria, & Europæ salutaria credidisse. Si quis dissentit, idenim prohibere, ne in Archimedis quidem fuit potestate, is si partem vellicaverit, si objectiones moverit, nisi parem argumentandi rigorem attulerit, nisi retexuerit telam, & labentem in nodis hiatum detexerit, sciat, se nihil egisse. Unica demonstratio onere nos levat mille objectionibus respondendi. Interea vale, Lector & pro salute Poloniæ, Christianorum antemuralis, DEUM O: M: mecum deprecare.